Judicem interpellatione celebrata, cum ſolutio ceſſaverit, ſub haſta diſtracta comparaverit: perpetuam emptionis accipiat firmitatem. Sin autem minoris [1] forte perſona fuerit inſerta: neceſſe [2] ſit legitimæ defenſionis venditioni perſonam adeſſe: nihilque intereſt, utrumne officium ſummæ rei [3] Procuratoris, an certe Rectoris [4] provinciæ id, quod debitum fuerit, propoſuerit [5]. Dat. Pridie Idus Decemb. VELICIANO & TITIANO CONSS. 337.

TIT. XLVII.
SINE [6] CENSU [7] VEL RELIQUIS FUNDUM COMPARARI NON POSSE.

Promittens ſolvere tributa rei in dotem datæ, non tenetur ex promiſſione re ad dotatorem reverſa. Bald.

1. Imp. ALEXAND. A. Capitoni.

EX conventione [8] quidem, qua pactum novercam tuam cum patre tuo dicis cum fundum in dotem daret, *Ut* [9] *ipſa* [10] *tributa agnoſceret*, actio tibi adverſus eam competere non poteſt, etiam ſi pactum in ſtipulationem deductum probetur. Sed & ſi fundus æſtimatus, ita ut pars inſtrumenti ſignificat, in dotem datus eſt, ex vendito [11] actio, ut placitis ſtetur, non [12] competit. PP. Non. Decemb. ipſo A. III. & DIONE CONSS. 230.

Comparans fundum ea lege, Ne ſolvat cenſum vel tributum, tali pacto non excuſatur, quin ſolvere compellatur, quod pro ipſa poſſeſſione debetur. Bald.

2. Imp. CONSTANTINUS A. ad Marcellum.

REi [13] annonariæ emolumenta tractantes [14], cognovimus hanc eſſe cauſam maxime reliquorum, quod nonnulli captantes [15] aliquorum [16] momentarias [17] neceſſitates, ſub hac conditione fundos [18] comparant [19], *Ut* [20] *nec reliqua eorum fiſco inferant, & immunes eos poſſideant.* Ideoque placuit, ut ſi quem conſtiterit hujuſmodi habuiſſe contractum, atque hac lege [21] poſſeſſionem eſſe mercatum; tam pro ſolitis cenſibus fundi comparati, quam pro reliquis univerſis [22] ejuſdem poſſeſſionis obnoxius teneatur: cum [23] neceſſe ſit eum qui comparavit, cenſum comparatæ agnoſcere, nec [24] liceat cuiquam rem ſine cenſu comparare vel vendere. Dat. Kal. Jul. *Agrippinæ*, CONSTANTINO A. V. & LICINIO C. CONSS. 319.

In AUTHENT. de mandat. princ. §. non permittas itaque. coll. 3. tit. 4. Nov. 17. cap. 8.

SEd & periculum in ſe recipere poteſt [25], *ſi examinatione ante traditionem facta emptor minus idoneus inventus fuerit: tunc enim venditor apud geſta profiteri cogitur, quia periculo ſuo tranſpoſitio ſit fiſcalium tributorum.*

3. Imp. JULIANUS A. Secundo P. P.

OMnes [26] pro his agris, quos poſſident, publicas [27] penſitationes agnoſcant: nec pactionibus [28] contrariis adjuventur, ſi venditor aut donator apud ſe collationis ſarcinam pactione illicita voluerit retinere: & ſi necdum tranſlata ſit profeſſio [29] cenſualis, ſed apud priorem fundi dominum forte permaneat, diſſimulantibus ipſis, ut non poſſidentes pro poſſidentibus exigantur. Dat. 14. Kal. Mart. *Antiochiæ*, JULIANO A. IV. & SALLUSTIO CONSS. 363.

TIT. XLVIII.
DE [30] PERICULO [31] ET COMMODO REI VENDITÆ.

De eo quod contigit poſt venditionem perfectam.

1. Imp. ALEXAND. A. Apollonio.

POſt perfectam venditionem omne commodum, & incommodum, quod rei venditæ contingit, ad [32] emptorem pertinet. Auctor [33] enim ex his tantum cauſis [34] ſuo ordine tenetur, quæ ex præcedente [35] tempore cauſam evictionis [36] parant: & ita [37], ſi ei denunciatum eſt, ut cauſæ agendæ adeſſet, & non abſente emptore contra eum pronunciatum eſt.

De emptione per ſingulas menſuras, vel per averſionem.

2. Idem A. Juliano.

CUm convenit, *ut ſingulæ* [38] *amphoræ vini certo pretio venirent*; antequam tradantur, imperfecta etiam tunc venditione, periculum vini mutati emptoris, qui moram [39] menſuræ faciendæ non interpoſuit, non fuit [40]. Cum autem *univerſum, quod in horreis* [41] *erat poſitum*, veniſſe ſine menſura, & claves [42] emptoribus traditas alleges poſt perfectam venditionem, quod vino mutato damnum accidit, ad emptorem pertinet. † Hæc omnia locum habent, non ſolum ſi vinum, ſed etiam ſi oleum, vel frumentum, vel his ſimilia venierint, & ea aut deteriorata, aut penitus corrupta fuerint.

De dolo auctoris.

3. Idem A. Diaphaniæ.

DOlum auctoris [43] bonæ fidei emptori [44] non nocere [45] certi [46] juris eſt.

De emptione perfecta & de mora.

4. Imp. GORDIAN. A. Siluro.

CUm [47] inter emptorem & venditorem [48], [contractu ſine ſcriptis inito,] de pretio convenit, moraque [49] venditoris in traditione non interceſſit: periculo emptoris rem diſtractam eſſe in dubium non venit.

De incendio.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Leontio.

CUm ſpeciem venditam per violentiam ignis [50] abſumptam dicas: ſi venditionem nulla conditio [51] ſuſpenderat, amiſſæ rei periculum te [52] non adſtringit.

De morte ancillæ diſtractæ.

6. Iidem AA. Cerulo.

MOrtis caſus ancillæ diſtractæ etiam ante [53] traditionem ſine mora venditoris dilatam, non ad venditorem, ſed ad emptorem pertinet: & hac non ex præterito [54] vitio rebus humanis exempta, ſolutionem pretii emptor non recte recuſat.

1 Adverſus infantes & minores ita agi ſolet. Infans citari non poteſt, ſed ejus curator. *l.* 1. §. 2. *ff. de adminiſt. & pericul. tutor.* ſupra infantiam & ſeptimum annum conſtitutus citari poteſt, ſed cum tutore, ſi habet. *dict.* §. 2. *in fin.* ſi non habet, actor compellit adoleſcentem ad petendos ſibi curatores. *l.* 7. §. 2. *ff. de minorib.* 25. *ann.* aut potius judex interpellandus, ut det curatorem, niſi ipſe jam ex officio dederit. vid. quæ notavi ad *l.* 4. §. 6. *ff. de damn. infect.* ne alioquin pro abſente habeatur. *l.* 10. *ff. quib. ex cauſ.* vel peremptorium impetratum nullius ſit momenti. *l.* 54. *ff. de re judic.* ideoque diſpungendam negationem in *l.* 5. *ff. de rebus autor. judic.* exiſtimo: eo ſenſu, Bona pupilli præſente defenſore, & quidem a judice dato poſſunt diſtrahi. 2 Haſtæ fiſcalis vis eſt hæc & fides, ut ſi recte facta ſit, nec reſcripto Principis, nec beneficio ætatis, aut nulla alia ratione convelli poſſit. *l.* 8. Ĩ. *de remiſſ. pign.* niſi minor ſit indefenſus, & ita reſtringe *l.* 5. *infr. de fide & jure haſtæ. lib.* 10. *tit.* 3. 3 Summæ rei procurator, Cæſaris procurator, ὁ τοῦ μεγίστου πράγματος προστατεύων, dixi ad *l.* 7. Ĩ. *ubi cauſa fiſcal.* 4 Rector *d. l.* 2. *C. Theod.* 5 Deleget, ſi etiam in hac debitores forte ceſſaverint conditione juris expreſſa. *d. l.* 2.

6 *l.* 11. *C. Th.* 3. de fundo vendito ſine cenſu. ἄνευ τέλους. 19. *Ecl.* 14. 7 Cenſus eſt tributum; vectigal, publica penſitatio, onus agrorum non perſonarum. *l.* 3. *infr. de annon. & tribut. tit.* 16. *lib.* 10. *l.* 7. *ff. de publican.* adde quæ dicam *infr. de cenſib.* vid. Ferrarienſem *in forma libelli ad facti præſtationem, in verbo factum.* 8 Interpretationem hujus legis vid. apud Leonin. *emendat. l.* 1. *c.* 8. 9. 10. Anſ. 9 Eadem pene verba exſtant in *l.* 11. *ſupr. de pact.* ſed in illa ſic legitur, ut creditoribus, quibus fuerunt prædia obligata, uſuras ſolverent. Differt itaque caſus d. legis 11. ab hac lege: dicta lex 11. refertur ad uſuras creditoribus privatis præſtandas: hæc lex ad tributa fiſco perſolvenda. 10 Venditoris effici pactione non poteſt, ne emptor tributa fundi agnoſcat. *l.* 42. *ff. de pact. l.* 3. *infr. h. t. l. ult. infr. de fundis rei priv. l.* 5. Ĩ. *de diverſ. præd.* 11 Ex empto, Hotomann. ad *l.* 11. *ſupr. de pact.* 12 Hanc negationem expunge, ex *d. l.* 11. *in fin.* vid. Hotom. *ibid.* 13 *l.* 1. *C. Theod. h. t.* 14 Hic interpolatur integra pene ſententia. *l.* 1. *C. Theod. ſine cenſu lib.* 11. *tit.* 3. 15 Captati. *d. l.* 1. *C. Theod.* 16 Aliquorum nomen. *d. l.* 1. *C. Theod.* 17 Nam venditor plerumque neceſſitate rei familiaris compellitur vendere pretio minore. *l.* 2. *l.* 12. *l.* 16. *ſupr. de reſcind. vend. l.* 1. *infr. de præd. decur.* Salvianus 5. *de provid.* inopiam penes venditorem eſſe eamque ob cauſam volunt beneficium *l.* 2. Ĩ. *de reſcind. vendit.* ad ſolos venditores pertinere, non ad emptores: qua de re ibid. dixi ad Cujac. 16. *obſ.* 18. 18 Fundos optimos *d. l.* 1. *C. Theod.* 19 Comparant & electos. *d. l.* 1. *C. Theod.* 20 Vid. *l.* 1. *ſupr. h. t.* 21 Hoc genere. *d. l.* 1. *C. Th.* 22 Etiam præteritis eo ſenſu, emptorem fundi fiſco obnoxium eſſe tributorum etiam præteritorum cauſa. *l.* 7. *ff. de public. & vectigal.* 23 Hæc quæ ſequuntur, deſunt *d. l.* 1. *C. Theod.* deſumpta ſunt tamen ex *l.* 2. *C. Theod. de contr. empt. lib.* 3. *tit.* 1. *in pr.* 24 Nota regulam. 25 Id eſt, debet eo ſenſu, conveniri primo loco emptorem fundi tributarii, tanquam poſſeſſorem: ſecundo venditorem, quaſi fidejuſſorem & ita abſque fiſci privilegio collatores inferunt, quæ diu præſtiterunt. 26 *l.* 3. *C. Theod. hoc tit.* 27 Τὰ δημόσια τελέσματα. *Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 14. 28 *l.* 42. *l.* 52. §. 2. *ff. de pact.* 29 De profeſſione cenſuali, dixi ad *l.* 6. *ſupr. de fide inſtrum.*

30 Dixi ad *L.* 18. *D.* 6. 31 Periculi appellatione in homine mors intelligitur. *l. ult. infr. h. t. l.* 18. *ff. h. t.* fuga. §. 3. *Inſt. de empt.* vulnus. *d.* §. 3. furtum. *l.* 35. §. 4. *ff. de contrah. empt.* in agro, chaſma, inundatio. *l.* 10. *in fin. ff. h. t.* alluvio, ſeu potius deluvio. *l.* 7. *ff. h. t.* arborum dejectio. *l.* 9. *ff. h. t.* in vino, acor & mucor. *l.* 1. *l.* 6. *ff. h. t. l.* 12. *infr. tit. prox.* in ædibus incendium. *l.* 5. *infr. eod. l.* 11. *ff. h. t.* 32 *Eis* κέρδος καὶ ζημίαν τοῦ ἀγοραστοῦ, ad lucrum & damnum emptoris. *Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 16. §. 12. & 3. Harm. 3. §. 17. *l.* 5. *infr. h. t. l.* 5. *l.* 7. *l.* 8. *ff. h. t.* §. 3. *Inſt. de empt. l.* 12. *infr. tit. prox.* 33 ὁ Πράτης, id eſt, venditor. *Synopſ.* & Harmen. *d. loco.* ut *l.* 3. *infr. h. t.* 34 Id eſt, poſtquam res empta alterius eſſe, quam venditoris pronunciata fuerit, & hoc beneficium ordinis venditori competens diligenter notandum. 35 *l. ult. infr. h. t. l.* 3. *infr. de ædil. act.* venditor enim de evictione ex cauſa præcedente, ut hic, non ſubſequente, tenetur. Hujus generis eſt evictio facta Principis auctoritate. *l.* 11. *ff. de evict.* 36 Vid. *tit. de evict.* 37 Denunciare venditori, *ſommer à garent ſon vendeur.* Notanda eſt diligenter hæc cautio emptoribus, cujus etiam fit mentio in *l.* 8. *infr. de evict.* & locis aliis, de quibus ibid. dicam. 38 Venditionis pretium interdum conſtituitur in ſingulas amphoras, in ſingulas metretas & in ſingulas libras, in ſingulos modios. *l.* 35. §. 5. *ff. de contrah. empt.* in ſingula dolia. *l.* 1. §. 1. *in fin. ff. hoc tit.* cui venditionis ſpeciei contraria eſt venditio, quæ fit uno pretio. *d.* §. 5. quæ non fit ad menſuram. *infr. h. t. & d.* §. 1. quæ fit univerſim. *in fin. h. t.* quæ fit averſione. *l.* 4. §. 1. & 2. *ff. h. t. l.* 62. *in fin. ff. de contrahend. empt.* averſione vendere, *vendre en gros, en bloc.* Eſt autem hujus rei notanda differentia, ut infra dicemus. 39 *l.* 14. *ff. h. t.* 40 Cur ita? quia hujuſmodi venditio videtur ſub hac conditione fieri, ut in ſingulas metretas, aut ſingulos modios, quos quaſve admenſus fueris, aut in ſingulas libras, quas appenderis, aut in ſingula corpora, quæ adnumeraveris, pretium ſolvas. *dict.* §. 5. id eſt, videtur ita conventum, non prius perfectam eſſe venditionem, quam admenſio, ponderatio, vel numeratio facta fuerit. 41 De horreis, & eorum uſu apud veteres dixi in *l.* 7. *ff. de inſtruct. vel inſtrum. legat.* 42 Cellæ vinariæ. adde *l.* 1. *infr. de crimine expilatæ. l.* 74. *ff. de contrah. empt.* Res ita habet: Vini in ſingula dolia venditi periculum acoris & mucoris pertinet ſtatim ad emptorem poſt deguſtationem & approbationem, cujus nota eſt conſignatio. *l.* 1. §. 2. *l.* 14. *in fin. ff. h. t.* niſi venditor de bonitate vini adfirmavit, cujus tamen bonitatem ſciebat paucos intra dies mutatum iri. Eo caſu, ni emptorem vitii admonuerit, venditoris erit periculum. *l.* 15. *ff. h. t.* quam ſpeciem non invitus extenderem ad debitorem, qui, ſciens edicto publico monetam ſublatum iri, paulo ante edicti promulgationem creditori ſuo ſolutionis cauſa eam obtulit, ut ita reſtringas *l.* 102. *ff. de ſolutionib. & liberat.* Periculum etiam eo caſu effuſionis, furti & ſimilium ad emptorem pertinet, niſi venditor in ſe cuſtodiam ad certum uſque tempus receperit. *l.* 1. *ff. h. t.* poſt tempus non tenetur. *dict. l.* 1. §. 3. *& ſeq.* Quid ſi cuſtodiam ſimpliciter & indefinite recepit, nullo tempore adjecto? in infinitum eam non præſtabit. *l.* 4. §. 2. *ff. h. t.* Ideoque poſt teſtationem & denunciationem tollendi factam emptori, venditor nihil præſtabit. *l.* 1. §. 4. *l.* 4. *in fin. ff. h. t.* Ergo perpetuo ante admenſurationem & deguſtationem periculum ad venditorem pertinebit? mucoris pertinebit omnimodo: quinetiam ſubſtantiæ vini, niſi tale damnum vi magna acciderit *l.* 2. *in fin. ff. h. t. l.* 31. *ff. de act. empt. l.* 14. *ff. de furtis.* vel emptori denunciaverit, ut admetiretur. vis magnæ appellatione, intellige vim latronum. Fatale ſane damnum eſt, ſi cella vinaria chaſmate periit, ſi in eam ignis ab aliquo injectus ſit: ſi extraordinaria vi aquarum aut tempeſtate vini navigium in portu fuerit ſubmerſum: His caſibus vinum venditori non peribit, niſi moram deguſtationi fecerit. *l.* 4. *ff. h. t.* Quid ſi dies admetiendi condicta emptoris mora præterierit? mucoris periculum ad emptorem pertinebit. *ſupr. h. t. l.* 5. *ff. h. t.* Quid ſi vinum univerſum, quod in cella vinaria erat, venditum fuit? periculum vini ad emptorem pertinebit ſtatim poſt traditas ei claves cellæ vinariæ, ut hic. *l.* 74. *ff. de contrah. empt.* Quid ſi vinum e navi ſit venditum? vice traditionis clavium cuſtodiæ appoſitio ſufficit. *l.* 51. *in fin. ff. de acquir. vel amitt. poſſeſſ.* aut quid ſimile. 43 Τοῦ πράτου *Synopſ.* 19. *tit.* 6. *cap.* 13. 3. Harm. 3. §. 48. id eſt, venditoris. ut *l.* 1. Ĩ. *h. t. & l.* 2. *in fin. l.* 5. *l.* 16. *in fin. ff. h. t. l.* 37. *ff. de act. empt. l.* 4. §. 27. §. 31. *ff. de doli mali & metus except.* §. 3. *verſ. Quidquid. Inſt. de empt.* 44 Niſi rem dolus reſpiciat: veluti, ſi res ſit furtiva, vel vi poſſeſſa, emptor eam non uſucapiet. §. 2. *Inſt. de uſucap.* Aliud fuerit, ſi dolus rem non reſpiciet, ſed ipſum tantummodo contractum, & ita accipe *l.* 13. *in fin. ff. de Publician. in rem action. l.* 21. §. 2. *ff. de pecul. l.* 5. *ff. de diverſ. temp. præſcript.* 45 Poteſt enim emptor agere ex contractu habito cum fraudulento venditore, ut vel ſtetur venditioni, vel ab ea diſcedatur. *l.* 13. §. 27. *ff. de act. empt.* agit etiam ad rei traditionem. *l.* 34. §. 3. *in fin. ff. de contr. empt.* & quando pluris emit. *d. l.* 13. §. 4. ut & ad intereſſe, & ad omnia detrimenta. *d. l.* 13. *in pr. l.* 15. *in fin. ff. hoc tit. l.* 30. §. 1. *ff. de act. empt.* 46 Cur? emens a quocunque, quem eſſe rei dominum putat, bona fide emit. Scholiaſtes *d. cap.* 13. 47 Rei venditæ periculum ad emptorem pertinet, niſi venditor in mora rei tradendæ fuit. *Synopſ. Baſil. ibid. cap.* 14. & 3. Harm. 3. §. 17. *in fin.* 48 Incluſa deſunt in quibuſdam, deſumpta forte ex *l.* 17. *ſupr. de fide inſtrum.* 49 Moram committit venditor in tradendo, ſi die traditionis, ſignationis, menſurationis, ponderationis & ſimilium non dicta, emptorem ad eas res perficiendas non vocavit. *l.* 1. §. 3. *l.* 4. *in fin. l.* 14. *ff. h. t.* Hujuſmodi denunciatione venditor moram excludit, & in eam incurrit emptor. *d. l.* 2. Ĩ. *h. t.* 50 Incendium rei emptæ ſpectat ad emptorem: niſi incendium lata culpa vel dolo venditoris acciderit. *l.* 11. *ff. h. t.* 51 Si ante conditionis eventum res ſub conditione vendita periit, venditori perit; niſi hoc ipſum convenit, ut res periculo emptoris ſervaretur. *l.* 10. *ff. h. t.* 52 Venditorem ſcil. 53 Ancilla vendita, ſi necdum tradita moritur ſine culpa venditoris, aut non ex vitio aliquo ante venditionem contracto, emptori perit, ejuſque pretium a venditore emptori condicitur. §. 3. *Inſt. de empt. Synopſ. Baſil. h. t. cap.* 16. & 3. Harm. 3. §. 19. 54 Vitia rei venditionem præcedentia præſtantur a venditore. *l.* 1. Ĩ. *h. t.*

TIT. XLIX.
DE [1] ACTIONIBUS EMPTI [2] ET VENDITI [3].

Utrum agendum ſit in rem, an in perſonam.

1. Imp. ANTONINUS A. Delianæ.

ADverſus [4] eum cui agrum vendidiſti judicio [5] venditi conſiſte. Nec enim tibi in rem [6] actio cum emptore, qui perſonaliter tibi ſit obligatus, competit [7].

De reſiduo pretii, vel compenſatione erronea, de fructibus.

2. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALER. C. Domitiano.

VEnditi actionem ad recipiendum reſiduum [8] pretium intendere adverſario tuo poteris. Nec quod in compenſationem [9] venerit, quaſi & tu invicem deberes, id obeſſe tibi poterit, ſi in bonæ fidei contractu (in quo majores [10] etiam vigintiquinque annis officio judicis in his, quæ dolo commiſſa ſunt, adjuvantur) juſto [11] errore te ductum, vel fraude [12] adverſarii captum, quaſi debitum id eſſet, quod revera [13] non debebatur, pepigiſſe monſtraveris.

† Fructus quoque perceptos ante [14] venditionem contractam, quos, cum venditioni non [15] acceſſiſſent, eundem emptorem invaſiſſe proponis, eodem judicio repoſces.

De arrhali pacto.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Serpodoro.

EX arrhali [16] pacto [17] perſonalis [18] duntaxat actio paciſcentibus præparatur [19].

Si venditor rem non tradat.

4. Iidem AA. Mutiano.

SI traditio rei venditæ juxta emptionis contractum procacia [20] venditoris non fiat: quanti intereſſe [21] compleri emptionem fuerit arbitratus Præſes provinciæ, tantum in condemnationis taxationem [22] deducere curabit.

De emptore qui ante totum pretium ſolutum fructus percepit.

5. Iidem AA. Decimæ.

CUrabit Præſes provinciæ, compellere emptorem, qui nactus poſſeſſionem fructus percepit, partem pretii, quam penes ſe habet, cum [23] uſuris reſtituere [24]: quas & perceptorum [25] fructuum ratio, & minoris [26] ætatis favor (licet nulla [27] mora interceſſerit), generavit.

Quid veniat in actionem venditi.

6. Iidem AA. Neratio.

VEnditi actio, ſi non ab initio aliud convenit, non facile ad [28] reſcindendam perfectam venditionem, ſed ad pretium exigendum competit.

De nummis venditoris ei ſolutis.

7. Iidem AA. Diodoro.

SI ſervos diſtraxiſti, ac pretium de peculio [29] eorum quod ad te pertinebat, neſciens unde ſolveretur, accepiſti: conſequens eſt, integram te habere actionem pretii: cum [30] proprii [31] venditoris nummi ſoluti non præſtent emptori liberationem.

Si emptor re non tradita ſe pro domino geſſerit.

8. Iidem AA. Euſebio.

SI pater tuus venundedit portionem ſuam, nec [32] induxit [33] in vacuam [34] poſſeſſionem prædii: jus omne penes ſe eum retinuiſſe certum eſt. Neque enim velut traditionis factæ vectigal [35] exolutum, ſi ſimulatum [36] factum interceſſit, veritatem mutare potuit. Quapropter aditus Præſes provinciæ, ſi animadverterit in vacuam [37] poſſeſſionem neque patrem [38] tuum, neque ſucceſſores ejus emptorem [39] vel heredes ipſius quocunque loco factos induxiſſe, non dubitabit nihil [40] eſſe tranſlatum [41] pronunciare. Et ſi te [42] ex empto ad inducendum [eum] in vacuam poſſeſſionem prædii perſpexerit conveniri: exiſtimabit [43], an pretium ſit ſolutum: ac, ſi repererit non eſſe pretio ſatisfactum, hoc [44] reſtitui tibi providebit.

De onere prædii venditi.

9. Iidem AA. Antipatræ.

SI minor a venditore ſive ſciente ſive ignorante dicebatur [45] capitatio [46] prædii venditi, & major inventa ſit: in tantum convenitur, in quantum ſi [47] ſciſſet emptor ab initio, minus [48] daret pretii. Sin vero hujuſmodi onus & gravamen functionis cognoviſſet [49], nullam adverſus venditorem habet actionem [50].

De carne tempore placito non tradita.

10. Iidem AA. Attalo.

CUm venditorem carnis, fide conventionis rupta, tempore placito hanc non exhibuiſſe proponas, ex empto actione, eum, quanti [51] interſit [52] tua ſi tunc tibi præſtita fuiſſet, apud Præſidem provinciæ convenire potes.

De ancilla a venditore manumiſſa.

11. Iidem AA. Bucarpiæ.

SI ancillam tibi ex cauſa venditionis traditam venditor manumiſit: libertatem alienæ factæ præſtare non [53] potuit. Quod ſi [54] poſt venditionem ante traditionem manumiſit, pleno jure dominus conſtitutus, Civem Romanam facere non prohibetur: tibi perſonali propter [55] ruptam fidem contra venditorem actione competente.

De vino.

12. Iidem AA. Criſpino.

SIcut [56] periculum vini mutati, quod certum [57] fuerat comparatum, ad emptorem, ita commodum [58] aucti pretii pertinet. Utque hoc verum eſt, ſi certæ qualitatis [59] ac menſuræ diſtracto vino, fidem placiti ſervandam eſſe convenit. Quo non reſtituto, non pretii quantitatis, ſed quanti intereſt [60] emptoris, competit actio.

De fructibus & onere functionis. De pretio & uſuris.

13. Iidem AA. Alexandro.

FRuctus [61] poſt perfectum jure contractum, emptoris ſpectare perſonam convenit, ad quem & functionum [62] gravamen pertinet. Venditor quoque pretium tantum, ac [63] ſi mora interceſſiſſe probetur, uſuras [64] officio Judicis exigere poteſt.

De ſervis.

14. Iidem AA. Rufoni.

EMptor [65] ſervorum certe de his tradendis [66], & de eorum *fuga* [67], itemque *ſanitate* [68], *erroneſque* [69] *non eſſe*, [aut *noxa* [70] *ſolutos*,] repromitti ſibi recte poſtulat.

De tritico.

15. Iidem AA. Antonio.

ULtra modum tritici diſtracti citra pactum, in ſolutione mora [71] non facta, nihil emptor exigere poteſt.

De pecoribus.

16. Iidem AA. Cyrillo.

1 Dixi ad *Lib.* 19. *ff.* 1. 2 Vide *l.* 11. *ff. h. t.* 3 Vid. *l.* 11. Ĩ. *h. t.* 4 Venditor adverſus emptorem actionem de pretio habet. Nam in rem actionem poſt rem emptori traditam habere non poteſt. *Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 8. *c.* 30. & 3. Harm. 3. 49. an ſaltem hypothecariam in rem ipſam venditam adhuc extantem habet? habere non videtur. 5 Id eſt, actione venditi. de qua vid. *l.* 2. & 6. Ĩ. *h. t. l.* 13. §. 9. *ff. h. t.* 6 Venditam ſcil. *l.* 8. *ſupr. de contrah. empt.* 7 Sed ad pretium. Venditor rem traditam non vindicat, ſed ejus pretium. *l.* 6. Ĩ. *h. t. d. l.* 8. & 9. *in fin. d. tit.* 8 Venditor agit ad pretium. *l.* 1. Ĩ. *h. t.* ergo & ad ejus reſiduum, quo nomine permittitur rei retentio. *l.* 13. §. 8. *ff. h. t.* adde *l.* 21. *in fin.* Ĩ. *de pactis. l.* 85. §. 6. *ff. de verb. oblig.* Roland. a Valle 1. *conſ.* 53. *num.* 17. & *ſeq.* 9 Compenſatio per errorem approbata non nocet venditori reſiduum pretii petenti. 10 Majoribus dolo deceptis ſubvenitur. *ff. ex quib. cauſis major.* 11 Juſtus error excuſat. 12 Fraus adverſario non prodeſt. 13 Indebiti liberatio condicitur. *l.* 51. *ff. de pact.* 14 Poteſt id evenire fructibus tempore venditionis a ſolo ſeparatis necdum collectis a venditore. 15 Hujuſmodi enim fructus venditioni non accedunt, ut nec ruta & cæſa. *l.* 17. §. 6. *ff. h. t.* 16 Seu arrabonico. 17 Id eſt, contractu. Pactum arrhale quod datione arrharum ſumpſit effectum. 18 Arrhæ repetuntur condictione ſine cauſa. *l.* 11. §. 6. *ff. h. t.* vid. *l. ult. ſupr. quando liceat ab empt.* arrhæ datio nobis etiam præparat perſonalem actionem, ut hic. 19 Aliud eſt præparare, aliud parare: hoc illo majus eſt. vid. Cujac. 10. *obſerv.* 24. Goth. Adde Edmund. Merill. *lib.* 1. *obſerv. cap.* 38. Anſ. 20 Id eſt, contumaci mora. 21 *l.* 10. 12. Ĩ. *h. t. l.* 1. *ff. h. t. l.* 62. *in fin. ff. de contrah. empt.* 22 Adde quæ notavi ad *l.* 6. *ff. ut legatorum.* 23 Emptor a tempore rei ſibi traditæ uſuras pretii debet. *Synopſ. Baſil. h. t. cap.* 54. 3. Harm. 3. §. 60. *l.* 2. *ſupr. de uſur.* 24 Vide ad legem hanc Cagnolum, qui ex profeſſo ad eam ſcripſit, Zoannettum *rer. quotid. c.* 9. Covarruviam *lib.* 3. *var. reſol. c.* 4. Afflictum *deciſ.* 20. *n.* 5. Alexand. *conſ.* 147. *col.* 1. *lib.* 5. & *ad l. de diviſione. n.* 12. *ff. ſolut. matr.* Gomeſ. *ad* §. *actionum. n.* 19. *Inſtit. de act.* Socin. *conſ.* 133. *lib.* 1. & *conſ.* 88. *lib.* 4. Pariſ. *conſ.* 75. *n.* 17. *lib.* 4. Decium *conſ.* 183. *ad fin.* Corn. *conſ.* 250. *n.* 4. *vol.* 2. Vivien. *lib.* 1. *com. opin.* 25 Emptor percipiens fructus rei, tenetur venditori ad uſuras pretii. *l.* 13. §. 20. *ff. h. t. l.* 2. *ſupr. de uſur.* Goth. Atque ita non ratione capitalis pecuniæ, ſed pro quantitate perceptorum fructuum. vid. A. Gabriel. *concluſ. lib.* 3. *concluſ.* 4. *num.* 18. J. Baptiſta Coſta, *de quota & rata, quæſt.* 91. Anſ. 26 *l.* 3. *ſupr. in quib. cauſ. in int.* 27 Debentur uſuræ eo caſu recepto jure. *d. l.* 3. 28 Venditi actione (ſi id conventum eſt: puta pacto ſeu lege commiſſoria, vel addictionis in diem, vel ſi judicis id officio jubeatur. *l.* 2. Ĩ. *de reſcind.*) agere poſſumus ad venditionem reſcindendam. 29 Et ita de ſua pecunia pretium receperit, *l. unic. verſ. Si itaque. ſupr. ſi ſervus extero.* 30 Pretium rei non videtur accepiſſe, qui pecuniam ſuam ac propriam ignorans ab emptore accipit: ideoque hujuſmodi ſolutio non aufert venditori actionem ad pretium emptori condicendum. adde *Synopſ. Baſil. h. t. c.* 55. 31 Nota regulam, Debitor venditori vel creditori ſolvens ex eorum pecunia debito non liberatur. *dict. verſ. Si itaque. l.* 8. §. 5. *l.* 22. §. 8. *in fin. l.* 54. *ff. mandati.* merito: cum emptor nummos venditoris facere cogatur. *l.* 11. §. 2. *in fin. ff. h. t.* quod eſt emptoris, ejus amplius fieri non poteſt. adde *l.* 4. §. 1. *ff. de manumiſſ.* 32 *l.* 50. *ff. de rei vindicat.* 33 Libellus actionis ex empto, formatur ad poſſeſſionem vacuam tradendam. 34 Hoc quid ſit, vid. *l.* 2. *in fin. ff. h. t. l.* 52. *in fin. ff. de verb. oblig.* 35 Non ideo quis rem ſuam facit, aut ſuam eſſe aſſerit, quod eam in cenſum deduxerit. *l.* 25. *ſupr. de rei vind.* vid. *l.* 4. Ĩ. *de donat. l.* 64. *ff. de adquir. rer. dom.* id eſt, quod ejus nomine tributum ſolverit: potuit enim rei nomine cenſum ſolvere, & tamen alieno nomine. 36 Simulatio veritatem mutare non poteſt. *l.* 15. Ĩ. *de liberali cauſ.* Sicuti nec error. *l.* 6. §. 1. *ff. de offic. præſid.* nec falſitas. *l.* 5. Ĩ. *de juris & facti ignor.* 37 In vacuam poſſeſſionem inductus dominus. 38 Venditorem ſcil. 39 Singularis ſucceſſor non poteſt propria auctoritate poſſeſſionem ingredi, aliud eſt in herede univerſali. vid. Bald. *hic.* 40 Hinc colligunt ſententiam proferri poſſe verbis negativis. 41 Venditor emptorem in vacuam poſſeſſionem inducens transfert dominium. 42 Heredem ſcil. Datur enim empti actio adverſus heredem venditoris. 43 Judex actorem, ſe induci in poſſeſſionem poſtulantem, ex officio condemnare poteſt, ut reo pretium exſolvat. *l.* 13. §. 8. *ff. h. t. l.* 31. *in fin. ff. de rebus credit.* judex enim emptionis id omne facit quod emptioni eſt annexum. 44 Id eſt, reſiduum pretii. 45 Hinc illa clauſula contractibus emptionis adponi ſolita, *Et ſera tenu ledict acquereur payer le cens à tel ſeigneur, montant par chacun an à N.* 46 Venditor ſive ſciens, ſive ignorans ignoranti minorem fundi συντέλειαν, hoc eſt, capitationem dixit, quam debeatur, in tantum ab emptore, qui ignorans ita emit, convenitur, quanto rem minoris empturus erat, ſi modum ſciſſet τῆς συντελείας, id eſt, capitationis: ſin autem minorem modum dici a venditore ſcivit, & tamen emit, nullam actionem habet. *Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 2. *cap.* 58. 47 Nota finem actionis, Quanto minoris, de qua vide *l.* 39. *ff. h. t.* 48 Id eſt, tenetur actione, Quanto minoris. 49 Finge dominum colono quondam ſuo prædia vendidiſſe. Solent locationes prædiorum perſæpe fieri ea lege, ut colonus tributa, & cenſus perſolvat; eo caſu colonus non præſumitur talium cenſuum ignarus fuiſſe emptionis tempore. 50 Cur ita? fraus non fit ſcienti. *l.* 145. *ff. de reg. juris.* Certiorari non debuit, qui non ignoravit. *L.* 1. *in fin. ff. h. t.* 51 Vid. *l.* 4. *ſupr. h. t.* 52 Emiſſe alias carnes ab alio ſcil. Alias, in hoc intereſſe, de quo hic agitur, lucrum non venit, quod emptor ex carne facere potuit: non veniet etiam damnum, ſeu æſtimatio ſervorum fame mortuorum ob non traditas carnes, ſed illa tantum omnis utilitas quæ circa rem conſiſtit. *l.* 21. §. 3. *ff. h. t.* 53 *l.* 5. Ĩ. *de his, qui a non domin.* 54 *l.* 6. *ſupr. de hered. vel action. vend.* Venditor ancillam quam nondum emptori tradidit, poteſt utiliter manumittere. Tenetur tamen emptori in quod ejus intereſt. *l.* 2. 3. Ĩ. *de his, qui a non domin.* Quid eo caſu ejus quod intereſt appellatione contineatur, vide *l.* 23. *ff. h. t.* 55 *d. l.* 6. 56 Vide *l.* 1. *ſupr. de periculo & commod.* 57 Vide *l.* 2. *ſupr. de peric. & commod.* 58 Commodum aucti pretii ad emptorem vini pertinet. 59 Eadem quantitate, & menſura vinum tradi oportet, qua venditum eſt. 60 Vide *l.* 4. *ſupr.* quo nomine non id venit, quod emptor lucrari potuit, ſi vinum ei fuiſſet traditum. *l.* 21. §. 3. *ff. h. t.* ſed damnum quod emptor incurrit, vinum ob id majore pretio ab alio emendo. vide *l.* 10. *ſupr. h. t.* 61 Fructus pendentes, etiam maturi cedunt emptori. *l.* 3. §. 1. *l.* 13. §. 10. *ff. h. t. l.* 38. §. 2. *ff. de uſur.* non ſeparati a ſolo etiamſi necdum evecti ſint. *l.* 66. *in fin. ff. de contr. empt.* quos ſi emptor perceperit, reſtituere venditori cogitur. *l.* 2. *in fin. ſupr. h. t.* Quid penſiones, cui cedunt? dixi ad *l. ult. ff. de jure fiſci.* & hæc de emptione. Fingamus fundum deberi ex ſtipulatu, ceduntne ſtipulatori fundi fructus pendentes? dixi ad *l.* 78. *in fin. ff. de verb. oblig.* 62 Cujus eſt functio, ejuſdem eſt & fructus. 63 Et ſic lego, *pretium tantum, niſi mora interceſſiſſe probetur, tunc enim uſuras officio &c.* 64 Re tradita, emptor illico, & ipſo jure, uſuras pretii venditori debet. *l.* 5. *ſupr. h. t. l.* 13. §. 20. *ff. h. t. l. ult. ff. de peric. & commod. l.* 18. *in fin. ff. de uſur.* Paul. 2. *ſent.* 17. §. 9. vide Molin. *de uſur. n.* 225. 65 Emptori ſervorum quid venditor præſtare debeat. 66 *l.* 11. §. 3. §. 4. *ff. h. t.* 67 Id eſt, fugitivos non eſſe. *d. l.* 11. §. 7. *l.* 17. §. 20. *ff. de ædil. edict.* 68 *d. l.* 11. §. 4. *ff. h. t.* 69 *d. l.* 17. §. 14. 70 *d. l.* 11. §. 8. 71 Mora efficit, ut plus emptori tribuatur, quam ſit ei venditum.

POſt perfectam venditionem fœtus [1] quidem pecorum emptori, venditori vero ſumptus [2], ſi quos bona fide fecerit, reſtitui debere notiſſimum eſt.

De emptore expulſo a tertio.

17. Iidem AA. Hermiano & Lupo.

EXpulſos [3] vos de fundo per violentiam a Nerone, quem habere jus in eo negatis, profitentes, nullam [4] vobis adverſus eum ex cujus venditione fundum poſſidetis, actionem competere probatis. Igitur ad inſtar interdicti [5] ſeu actionis [6] permiſſæ experiendum eſſe perſpicitis.

TIT. L.

SI [7] QUIS ALTERI, VEL SIBI SUB ALTERIUS NOMINE [8], VEL ALIENA [9] PECUNIA EMERIT.

De re pecunia mariti, nomine uxoris empta.

1. Imp. ANTON. A. Secundino.

SI pecunia patris fundus mancipiaque comparata ſunt: tamen cum emptiones *matris* [10] *tuæ nomine* [11] *factas eſſe* proponas, ignorare non debes traditione matrem tuam dominam fuiſſe conſtitutam. Plane, ſi pecuniæ petitionem competere tibi propter numerationem pretii exiſtimas, civiliter [12] contende.

Si pater nomine filiorum emerit.

2. Imp. ALEXAND. A. Septimæ & aliis.

SI emancipatis [13] vobis fundos, quos *nomine veſtro*, cum in poteſtate ageretis, pater emerat, tradidit, vel in [14] poſſeſſione eorum voluntate patris fuiſtis, dominium acquiſiſtis.

Si mater pro filiis pecuniam numeraverit.

3. Idem A. Patrimo.

MAncipia, quorum meminiſti, ſi (ut proponis) *nomine tuo*, itemque *fratris tui*, cui ſucceſſiſti, empta, vobis tradita ſunt: licet inſtrumento emptionis matrem tuam pecunias numeraſſe [15] contineatur, perſequi ea more judiciorum non prohiberis.

De ſimulatione.

4. Impp. VALERIAN. & GALLIEN. AA. & VALER. C. Cyrillo.

QUamvis inſtrumento emptionis *ſocrus nomen inſcripſeris* [16]: tamen, ſi [17] poſſeſſionem tenens dominus effectus es, ob eam rem fruſtra calumniam mulieris, quamvis ipſa [18] contractus tabulas habeat, reformidas.

De viro & uxore.

5. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Vero.

CUm propria pecunia tua te comparante poſſeſſionem, quondam uxoris [19] tuæ nomen tantummodo accommodaſſe [dicas], eandemque occaſione cuſtodiæ ſuæ commiſſorum inſtrumentorum contra bonam fidem proprietatem ejusdem fundi uſurpaſſe dicas: Rector provinciæ pro ſua exercitatione cognitum habens, donationem a non [20] domina uxore tua in filiam ſuam collatam, nullum præjudicium dominio tuo attuliſſe, docenti tibi veritatem [21] precibus tuis adſiſtere, reſtituere eandem poſſeſſionem habita etiam fructuum [22] taxatione [23], curabit.

6. Iidem AA. Dionyſio.

MUltum intereſt, utrumne uxore tua comparante pecuniam numeraſti [24], eique poſſeſſio tradita eſt: an contractu emptionis a te nomine tuo habito, tantum uxoris nomen poſt inſtrumentis inſcribi feceris. Nam ſi quidem uxor tua *nomine ſuo emit*, *eique res traditæ ſunt*, nec in te quicquam de his proceſſit, non niſi de pretio adverſus eum, in quantum tu pauperior [25], & illa locupletior facta eſt, habes actionem. † Quod ſi [26] tu quidem emiſti, & tibi tradita eſt poſſeſſio, tantum autem nomen uxoris quondam tuæ inſtrumento inſcriptum eſt, res [27] geſta potior quam ſcriptura habetur. Si vero ab initio [28] negotium uxoris gerens comparaſti nomine ipſius, empti actionem nec illi, nec tibi quæſiſti, dum [quæ] tibi non vis, nec illi potes. † Quare in dominii quæſtione illa potior [29] habetur, cui poſſeſſio a domino tradita eſt.

Si emptor pretio ſuſcepto fidem ruperit.

7. Iidem AA. Gerontio.

CUm per eos qui negotia tua gerebant, olei materiam te comparaſſe, contractuque fidem pretio ſuſcepto rupiſſe venditorem proponas: ſi quidem ex empto, his qui juri tuo ſubjecti fuerant, contrahentibus: tibi quæſita eſt actio, vel per te, [vel per eum] cui mandaveris: ſin [30] vero ſui juris conſtituti, ſecundum mandatum tuum hunc contractum habuerunt, ac tibi empti quæſierunt actionem per eos vel quibus [31] illi dederint mandatum, adi competentem judicem: qui ſecundum bonam fidem [32] quæ in hujusmodi contractibus obſervari ſolet, ſatisfieri providebit.

De eo, qui pecunia aliena vel communi emit.

8. Iidem AA. Valentinæ.

QUi aliena pecunia comparat, non ei cujus nummi fuerunt, ſed [33] ſibi tam actionem empti, quam dominium, ſi ei fuerit tradita poſſeſſio, quærit. Cum itaque de rebus communibus [34] fratrem patruelem tuum quædam comparaſſe contendas: de tua pecunia hunc conveniendo, facies conſultius. Nam in rem de rebus ab eo comparatis tibi contra eum petitio non competit.

De dominio in non numerantem transferendo, & de abſentibus.

9. Iidem AA. Rufinæ.

NIhil prohibet, altero pecuniam numerante, in alium vel utriusque contrahentis conſenſu, vel certe venditore tantummodo volente dominium transferri, eo etiam manifeſte conſtituto, ut inter abſentes [35] per mediam perſonam, veluti per nuntium [36] vel per epiſtolam, talis contractus perfici poſſit.

TIT. LI.

DE REBUS ALIENIS [37] NON ALIENANDIS [38], ET DE PROHIBITA RERUM ALIENATIONE, VEL HYPOTHECA.

De re aliena vendita.

1. Imp. ALEXAND. A. Cantiano.

SI [39] Præſidi provinciæ probatum fuerit, Julianum nullo jure munitum ſervos tuos ſcientibus [40] vendidiſſe: reſtituere tibi emptores ſervos jubebit. Quod [41] ſi ignoraverint, & eorum facti ſunt, pretium [42] eorum Julianum tibi ſolvere jubebit.

Si marito rem uxoris diſtrahente, & inſtrumentum ſignaverit.

2. Imp. GORD. A. Græcæ.

DIſtrahente [43] marito rem tui juris, ſi conſenſum ei non accommodaſti: licet [44] ſigillo [45] tuo venditionis inſtrumentum fraude [46] conquiſita ſignaveris, hujusmodi tamen commentum emptori uſucapione [47] non ſubſecuta, vel longi [48] temporis præſcriptione minime munito, nullam præſtitiſſe ſecuritatem poteſt.

De herede.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Valeriano.

VEnditrici ſuccedenti [49] hereditario jure perfectam recte venditionem reſcindere, ac dominium revocare non licet. † Sed & ſi hæc

1 Paul. 2. *ſent.* 17. §. 9. de fructibus alias dixi. adde *l.* 13. §. 10. §. 18. *ff. h. t. l.* 31. §. 6. *ff. de ædil. edict.* 2 *l.* 13. §. 22. *l.* 38. §. 1. *ff. h. t. l.* 40. §. 1. *ff. de cond. & demonſt.* 3 Et re vobis violenter ablata. *Synopſ. h. t. cap.* 65. & 3. Harmen. 9. *cap.* 64. 4 De vi emptori illata venditor non tenetur: hoc eſt, emptor cui per vim res ablata eſt, nullam eo nomine adverſus venditorem actionem habet. *Synopſ. &* Harm. *d. l.* ſicuti, nec de injuria ei illata. *l.* 51. *ff. de evictionib.* nec de caſu, aut vi regia, *du faict de Prince. l.* 11. *ff. de evictionib.* ſed nec de eo quod ei ablatum alio quam per ſententiam modo. *l.* 57. *ff. d. tit.* 5 Poſſeſſionem repetimus per interdictum unde vi. 6 Actionis promiſſæ. Cujac. 17. *obſerv.* 6. actionis, inquam. *l.* 1. §. 4. *in fin. ff uti poſſid.* forte in factum. *l.* 4. §. 2. *ff. de damn. infect. l.* 3. §. 2. *ff. ne vis fiat.* vel incerti. Utriusque enim & interdicti & actionis, idem effectus, licet formula diverſa. v. Cujac. 5. *obſ.* 17.

7 10. *Synopſ.* 15. 8 Puta uxoris. *l.* 1. *l.* 5. filiorum in poteſtate. *l.* 2. defuncti. *l.* 3. ſororis. *l.* 4. mariti. *l.* 6. *J. h. t.* 9 Puta communi. *l.* 8. *J. l.* 4. *S. commun. utriusque.* mandatoris. *l.* 5. *J.* 10 Et ita uxoris ementis. *l.* 5. *J.* 11 Res ejus eſſe videtur, non cujus pecunia, ſed cujus nomine empta eſt. Paul. 2. *ſentent.* 17. §. 15. cujus nomen in inſtrumento emptionis continetur. *l.* 21. *S. de probat.* vide *l.* 8. *J.* 12 Accurſius videtur legiſſe *ſimiliter.* Similiter (inquit) negotiorum geſtorum actione, ſi geſta negotia: mandati, ſi ex mandato &c. 13 Parens fruſtra aliquid comparat filio in poteſtate poſito, ut ei adquirat dominium: nam quod filio in poteſtate poſito adquiritur, patri adquiritur. Sed tamen inutilis illa emptio convaleſcit, ſi rem emptam filio jam emancipato tradidit. adde *l.* 16. *ſupr. de probat.* 14 Vide *l.* 2. *J. de adquir. & retin. poſſ.* 15 Non ei, qui numeraverit pretium, ſed ei, cujus nomine res empta eſt, rei dominium adquiritur: id eſt, miniſtro numerationis pretii res empta non adquiritur a ſuo domino. 16 Simulate ſcil. 17 Recte hoc additum eſt. Nec enim præſumitur ſimulatio, niſi probetur. Proinde cum duæ res hic pro pupilli matre faciant: puta, quod fundus ejus nomine emptus reperitur, & emptionis titulo penes ſe habeat, filius non præſumitur rei dominus, niſi ſimulationem contractus probaverit. 18 Tenor inſtrumenti non juvat recitantem, vel tabellarium, ſed eum tantum quem tenor ſcripturæ deſignat. *l.* 21. *ſupr. de probat.* 19 Si vir nomen uxoris emptioni accommodaverit. 20 Is cujus nomen ſimulatæ emptionis inſtrumento adſcriptum eſt, rem emptam alteri donare non poteſt. 21 Ineſt tacite hæc conditio omnibus reſcriptis. *l.* 7. *S. de diverſ. reſcript.* 22 Fructus veniunt in actionem rei vindicationis. 23 De taxatione vide quæ notavi ad *l.* 6. *ff. ut legat.* 24 Res ejus continuo non eſt, qui pecuniam numeravit. Notandus eſt hic caſus. Uxor emit ſuo nomine, vir pecuniam numerat, res traditur uxori. Cujus eſt res? uxoris. Marito tamen tenetur de pretio, *ut hic. Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 15. *cap.* 6. 25 Qui quid ſuo nomine ex alterius pecunia comparat, & quantum ex ea re locupletior factus eſt, & id quo alter pauperior factus eſt, reſtituere debet. 26 Maritus rem emit, res marito traditur, contractus emptionis, uxoris nomine concipitur. Cujus eſt res? mariti. Cur ita? quia conſtat ab initio maritum proprium negotium gerere voluiſſe. 27 Veritas rei ſcriptura potior. 28 Maritus rem ab initio comparat uxoris nomine: cui res quæritur? ne dicas marito: quia uxoris nomine adſumpto contraxit; ne dicas uxori, quia alteri nemo ſtipulari poteſt. Cuinam igitur? ei cui prius poſſeſſio a domino tradita fuerit: uxori vel marito ſc. 29 In dominii quæſtione ille potior habetur, cui poſſeſſio tradita eſt a vero domino. 30 Non tantum ſui juris conſtituti, *ut hic*: ſed in poteſtate conſtituti; ut liberi, procuratorio munere fungi poſſunt. *S. h. t. ibi*, *qui juri tuo ſubjecti.* adde *l.* 8. *in fin. princ. ff. de procuratorib.* Procurator mandatoris poteſtati ſubjectus, mandatori non ſibi actionem adquirit: ſui vero juris procurator ſibi actionem adquirit: per eum tamen ejusve ſubſtitutum dominus agere, & rem petere poteſt. 31 Procurator alium ſuo loco poteſt ad agendum ſubſtituere. 32 Eſt enim emptio contractus bonæ fidei. 33 Aliena pecunia quod comparatur, fit comparantis, non ejus cujus fuit pecunia. facit *l.* 1. *S. h. t. l.* 9. *J.* Paul. 2. *ſentent.* 17. §. 15. *l.* 21. *ſupr. de probat.* vide Socinum *reg.* 141. Fallit id in pecunia militis. *l.* 8. *S. de rei vindicat.* minoris. *l.* 3. *J. arbit. tut.* uxoris ſeu dotali. vide *l.* 54. *ff. de jure dot.* 34 Res emptæ communi pecunia non ſunt communes. *l.* 4. *ſupr. comm. utriusque jud.* 35 *l.* 1. *in fin. ſupr. de contrah. empt. l.* 2. §. 2. *ff. de obligat. & actionib.* 36 Abſentes emimus, vel per epiſtolam, vel per nuntium: nudum enim miniſterium præſtat nuntius. *l.* 15. *ff. de conſtit. pecun.* fungiturque epiſtolæ vice, ut & e contra, epiſtola mutus eſt nuntius. Inde volunt, nuntium in perſonam domini verba concipere: procuratorem vero in perſonam ſuam domino nominato. Bald. ad *l.* 1. *ſupr. h. t.*

37 *l.* 3. *ſupr. de rei vindicat. l.* 5. *J. de adquir. & retin. poſſeſſ. l.* 28. *ff. de contrah. empt. l.* 11. *ff. de reg. jur.* 38 Vide libros duos ſingulares Pulvæi *de prohibita rei alienæ diſtractione.* Mod. 39 Alienam rem qui ſciens emit, nunquam fit ejus dominus: ſin ignorans emit, ipſe quidem uſucapit, verum is qui rem vendidit, domino tenetur. *Synopſ. Baſil.* 19. *tit.* 8. *c.* 66. & 3. Harmenop. 3. §. 29. & *l.* 2. §. *ſi ſervus.* 13. *l.* 7. §. *qui bona fide.* 4. *ff. pro emptore.* 40 Sciens rem alienam, eam non adquirit. 41 Scienter emens rem alienam, eam non uſucapit; quin reſtituere eam domino cogitur: ignoranter emens, uſucapit. Conſultum eſt tamen domino adverſus venditorem pretii nomine. 42 Re præſcripta, pretium a venditore condicitur: ut quod ſuccedat loco rei. Bald. *l.* 19. *ſupr. de negot. geſt l.* 3. *in fin. S. de rei vindic. l. ult. ff. de negot. geſt.* vide Wurmſ. 1. *pract.* 31. *cap.* 7. 43 Maritus rem uxoris (μὴ προικιμαῖον, ἀδιατίμητον, hoc eſt, non dotalem, inæſtimatam. Scholiaſtes *Synopſ.* 19. *tit.* 8. *c.* 68.) vendidit: uxor decepta a marito venditionis inſtrumentum ſignavit, quæritur utrum ſibi præjudicet mulier? non præjudicat: nam adhuc (ſoluto ſcil. matrimonio, vel marito ad inopiam redacto. *d. Sholiaſtes.*) emptori vel uſucapione (ſi res mobilis vendita ſit. *d. Scholiaſtes.*) vel longi temporis præſcriptione (ſi res ſit immobilis, *d. Scholiaſtes.*) opus eſt. *Synopſis ibid.* adde 3. Harmen. 3. *cap.* 65. Quid ſi conſenſum præſtitit mulier? rata eſt venditio: niſi fundus fuerit dotalis. Porro mulier a marito ita decipi potuit, ſi mulieri chartam unam pro alia ſubſignandam obtulit. *dict. Scholiaſtes.* 44 Conſentire videtur alias inſtrumento, qui ſigillum ſuum ei adponit. 45 Vide *l.* 126. §. 2. *ff. de verb. obligat.* Signans igitur per errorem actum vel inſtrumentum, id confirmare non intelligitur: alias præſumitur inſtrumentum confirmare, qui ſignum ei apponit. *l.* 26. §. 1. *ff. de pignor. & hypoth.* quin ſigno nonnunquam ipſam poſſeſſionem adprehendimus. *l. quod ſi.* 14. §. 1. *ff. de periculo.* 46 Vide exemplum *l. ult. ſupr. plus valere quod agitur.* 47 Vide *l.* 3. *J. de præſcr. longi tempor.* 48 Vide *l.* 19. *J. de evictionibus.* 49 Filius factum patris mutare non poteſt: vel ita, heres non poteſt revocare factum defuncti, ſi vult eſſe heres. *l.* 14. *S. de rei vindic. l.* 7. *J. de liberal. cauſ. l.* 73. *ff. de evictionib.* Eodem modo heres neceſſe habet ſtare ei inveſtituræ quam pater fecerit. *l.* 7. *Cod. Longobard. de ult. volunt.* 4. *Feud.* 70. Quid ſi pater legitimæ filii onus impoſuit? Filius non cogitur onus illud ſuſtinere. *Authent. Noviſſima*, & *l. omnimodo.* 30. *ſupr. de inoffic. teſtam.* Novell. 17. *cap.* 1. cum legititima filiis debeatur legis, non ſolius parentis voluntate, eamque ut ſibi debitam a patre accipere videtur, non titulo penitus lucrativo, ut ſuperior regula ſit vera in eo, qui hereditatem a defuncto percepit ſibi non debitam.

ex perſona ſua vindicet: vel exceptione te doli mali, ſi hanc viam elegeris tueri, vel evicta re ſi defenſione monſtrata uti nolueris, quanti tua intereſt, poteris experiri.

De matre, quæ rem filii in ſolutum dedit.

4. Iidem AA. Aſſabili.

MAncipia patris, qui fundum a Philippo conduxerat, ſucceſſione tibi quæſita, domino fundi pro debitis [1] in ſolutum mater tua dando, nihil [2] tibi auferre potuit. Ideoque ſi tu major vigintiquinque annis effectus ab ea negotium geſtum non fecisti ratum [3]: oblato debito, ſi [4] non hæc locator jure pignoris ſibi obligata vendidit, petere poteris.

Si pater fundum filii emancipati vendiderit.

5. Iidem AA. Ægro.

SI fundum tuum pater poſt emancipationem te non conſentiente venundedit, neque ei ſucceſſiſti [5], neque poſſides longi [6] temporis præſcriptione munitus eſt: tibi agenti eum Rector provinciæ reddi efficiet.

De re aliena vendita.

6. Iidem AA. Rufo.

NEmo res ad te pertinentes, non obligatas [7] tibi, nec ex officio [8] vendendi poteſtatem habens, diſtrahendo quicquam tibi nocere potuit.

De prohibita alienatione.

7. Imp. JUSTINIAN. A. Joanni P. P.

SAncimus, ſive [9] lex [10] alienationem inhibuerit, ſive teſtator [11] hoc fecerit, ſive pactio [12] contrahentium hoc admiſerit, non ſolum dominii [13] alienationem [14], vel mancipiorum manumiſſionem [15] eſſe prohibendam, ſed etiam uſusfructus dationem, vel hypothecam, vel pignoris [16] nexum penitus prohiberi. Similique modo, & ſervitutes [17] minime imponi, nec emphyteuſeos [18] contractum, niſi in his tantummodo caſibus, in quibus conſtitutionum auctoritas, vel teſtatoris voluntas, vel pactionum tenor qui alienationem interdixit, aliquid tale fieri permiſerit.

TIT. LII.

DE COMMUNIUM [19] RERUM ALIENATIONE.

Ratione communionis poteſt fiſcus totam rem efficaciter vendere: ſecus in privato, etiamſi pretium in fiſci utilitatem converſum. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Apollodoro.

SI [20] nulla uſucapionis prærogativa, vel diuturni ſilentii præſcriptio emptorem poſſeſſionis, quam a coheredibus [21] patrui tui diſtractam ſuggeris, pro portione tua munit: in rem actio incolumi [22] tibi perſeverat. At ſi receptum jus [23] ſecuritatem emptori præſtiterit, arbitrium eſt tibi liberum conveniendi eos, qui pro portione tua ſatis illicitam venditionem celebraverunt.

Qui vendit rem communem, non præjudicat conſorti, niſi ſecuta uſucapione, vel præſcriptione. Bald.

2. Idem A. Terentiano.

MUltum intereſt, utrum coheredes tui poſſeſſionem communem diſtraxerunt; an vero fiſcus [23], cum partis dominus eſſet, ſoliditatem juxta proprium [24] privilegium vendidit. Etenim ſi a fiſco facta ſit venditio: fidem ejus infringi, minime rationis eſt. Si vero coheredes [25] ſoliditatem vendiderunt: licet [26] emptor ab his delegatus, partem pretii fiſco ſolverit, alteramque in cautionem deduxerit, tamen portioni tuæ ea venditio non poteſt obſiſtere.

Quando aliqua communia ſunt pluribus ut ſingulis, unusquisque per ſe habet partis ſuæ alienandæ liberam facultatem. Bald.

3. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Euſebio.

FAlſo tibi perſuaſum eſt, communis prædii portionem pro indiviſo [27], antequam communi dividundo judicium dictetur, tantum ſocio, non etiam extraneo poſſe diſtrahi.

Alienatio pro parte non valet. Bald.

4. Iidem AA. Ulpiano militi.

POrtionem quidem tuam militantis [28] frater tuus alienare non potuit: ejus autem partem pretio ſoluto tibi reſtitui poſtulare nec militari gravitati convenit.

Ubi res pro parte evincitur, pro parte debetur evictio. Bald.

5. Iidem AA. & CC. Olympiano.

SI major annis vigintiquinque veluti [29] propria neſcienti [30] communia fratribus tuis prædia diſtraxiſti, licet nullum inſtrumentum interceſſerit, neque quicquam ſpecialiter convenerit [31]: alienæ portionis evictione ſecuta, quanti intereſt, emptori ſolves.

TIT. LIII.

REM ALIENAM GERENTIBUS NON INTERDICI RERUM SUARUM ALIENATIONE.

Ratione officii male geſti non interdicitur venditio: ſed cum ſua cauſa res transfertur. Bald.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Publicæ.

NOn eſt interdictum tutoribus vel curatoribus, etſi ex eo titulo judicati debitores ſunt conſtituti, cum ſua [32] cauſa res ſuas alienare [33]. Potuit ergo [34] curator tuus fundum ſuum cum ſuo onere obligare fiſco noſtro: nam [35] & privato potuiſſet.

TIT. LIV.

DE PACTIS [36] INTER EMPTOREM ET VENDITOREM COMPOSITIS.

Propter moram ex pacto emptor arrhas perdit, & rem traditam reſtituere tenetur. Bald.

1. Imp. ANTONINUS A. Diotimæ.

SI ea lege [37] prædium vendidiſti, *Ut*, *niſi intra certum tempus pretium fuiſſet exolutum*, *emptrix arrhas* [38] *perderet*, *& dominium ad te pertineret*: fides contractus ſervanda eſt.

De re retrovendenda.

2. Imp. ALEXANDER A. Chariſio.

SI fundum parentes tui ea lege vendiderunt [39]; [*Ut*] [40] *ſive ipſi*, *ſive heredes* [41] *eorum emptori pretium quandocumque* [42], *vel intra certa tempora obtuliſſent*, *reſtitueretur*; teque parato ſatisfacere, conditioni dictæ, heres emptoris non paret; ut contractus fides ſervetur, actio præſcriptis [43] verbis, vel [44] ex vendito [45] tibi dabitur: habita ratione eorum, quæ poſt oblatam ex pacto quantitatem ex eo fundo ad adverſarium pervenerunt.

1 Id eſt, pro mercede debita fundi conducti. 2 *l.* 3. *ſupr. de rei vindic. l.* 11. *ff. de reg. jur.* 3 Ratihabitio inutiliter geſta conciliat. vide *l.* 60. *in fin. ff. de reg. jur.* 4 Creditor mancipia jure pignoris ſibi obligata vendere poteſt. *l.* 1. *l.* 2. *J. ſi adverſ. vend. pign. l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *J. ſi antiquior creditor pignus vendiderit. & J. de diſtr. pignorum. l.* 4. *ff. de pignorat. action.* §. 1. *Inſt. quib. alienare licet.* 5 Defunctus rem ſucceſſuri poteſt alienare. alias filius poteſt patris facto contradicere, jure proprio, non hereditario. 6 *l.* 3. *J. de præſcript. longi tempor.* 7 Res nobis obligatas ex pacto poſſumus alienare. *l. ult.* §. 1. *J. de jure domin. d. l.* 4. 8 Officii jure rem alienam vendere quis poteſt: veluti tutor, curator. *l.* 56. §. 4. *ff. de furtis.* executor judicii. *l.* 50. *ff. de eviction.* procurator ſpecialis. *l.* 63. *ff. de procuratorib.* cenſitor. *l.* 5. *in fin. ff. de cenſib.* at non maritus. *princ. Inſt. quibus alienare* quia lex Julia fundum dotalem alienari vetat. 9 Lege, teſtatoris juſſu, vel conventione partium, res inalienabilis effici poteſt. 10 Veluti favore eccleſiæ. *l.* 14. *S. de Sacroſ. Eccleſ. Novell.* 7. *c.* 1. *verſ. Alienationis.* dotis. *pr. Inſt. quibus alien. non licet.* minoris. *l.* 1. *ff. de rebus eorum.* 11 Teſtator rei alienationem prohibere poteſt. *l.* 7. *J. de adminiſtr. tut. l.* 4. *J. de fideicommiſſ. l.* 7. *J. de teſtam. manumiſſ. l.* 2. *J. qui non poſſunt ad libertatem pervenire. l.* 77. §. 27. *ff. de leg.* 2. *Nov.* 119. *c.* 11. *Nov.* 120. *c.* 9. Prohibitio hujusmodi num effectum in infinitum tempus obtinet? Non obtinet: ſed ad quartum tantum gradum ejus, qui alienare prohibitus eſt. *Novell.* 159. *c.* 2. *verſ. Quod autem. in verbis: Poſt quatuor.* Prohibitio autem alienationis fit, aut ratione perſonæ, aut rei reſpectu. 12 Vide *J. ſi mancipium ita fuerit alienat. ut manumitt. vel contra.* adde *l.* 61. *ff. de pact.* 13 Alienare non tantum is intelligitur, qui dominium alienat, ſed etiam qui manumittit, qui dat in uſumfructum, qui dat hypothecæ vel pignori, qui ſervitutem imponit, qui dat in emphyteuſim. 14 Vide Rip. *ad l. filiusfam. S. divi. ff. de leg.* 1. Tiraq. *poſt leges connub. in gl.* 5. Jaſon. *ad l. ita ſtipulatus. col.* 10. *in fin. n.* 17. *ff. de V. O.* Fab. de Monte *in tractat. de empt. & vendit.* 22. *q.* 4. *p.* 2. *n.* 11. Mod. 15 Manumiſſio eſt alienatio. *l.* 9. §. 1. *ff. de autor. tutor.* 16 Argumentum obſerva: Qui non poteſt alienare, idem nec pignori dare poteſt. Et tamen, qui emere prohibetur, pignori accipere non prohibetur. *l.* 24. *ff. de pignoribus.* Goth. Hypothecæ conſtitutio, & pignoris datio alienationis appellatione continentur. *hic.* Facit quod jus in re alteri conſtituatur. *l.* 1. *ff. de pign. act. l.* 17. §. 1. *D. de pactis. l.* 1. *l.* 18. *ff. de pignor. & hypothec.* vide etiam *l.* 28. *D. de V. Sign. l. ex hac.* §. 2. *ff. de alienat. jud. mutand. cauſ. fact. l.* 1. 2. 3. *ff. de religioſ. l.* 67. *ff. de V. Sign.* Anſ. 17 Fit enim ſervitutis conſtitutione deterior fundus. 18 Sed nec in feudum dare. vid. Cujac. 2. *Feud. tit.* 4.

19 De communi, *Hal.* Communes ſunt res, quas cum cohæredibus, ſociis, fratribus & ſimilibus communes habemus: in quibus cohæres, ſocius, frater vel ſimilis partem aliquam habet. 20 Socius rem communem, totam prorſus, non recte vendit. Itaque ſocius alter, ſi emptor, necdum dominus factus ſit uſucapione vel præſcriptione, in rem agere poterit. *Synopſis Baſilic.* 19. *tit.* 4. *cap.* 73. 21 Vendens rem communem non præjudicat ſocio, quin partem ſuam poſſit vindicare, niſi ſi res ſit uſucapta vel præſcripta: tunc enim poteſt contra ſocium agere ad pretium. *Salicet.* adde quæ notavi ad *l. ult. ff. pro dote.* 22 Id eſt, uſucapio vel præſcriptio. 23 Fiſcus ſi rem communem vendiderit, emptorem in ſolidum dominum facit, quamvis enim prorſus rem alienam vendiderit, (ut ex Inſtitutionibus diſci poteſt, §. *ult. Inſt. de uſucap.*) dominum facit emptorem: tenetur tamen ei qui jus dominii, vel hypothecæ in illa re habere ſe dicit, & quidem intra quadriennium. Quod autem alienæ rei pretium ad fiſcum pervenerit, id venditionem firmam ratamque facit. Tunc enim hoc privilegium fiſcus habet, quum ſpeciali privilegio rem ipſemet vendidit. *Synopſ. Baſil. ibid. c.* 74. 24 Ut a privato res aliena ſolida vendi non poteſt, ita nec pars ejus, id eſt, communis. Poteſt tamen fiſcus ſingulari privilegio rem communem vendere, eo ſcilicet effectu, ut qui ab eo rem communem emerit, ſtatim ſecurus fiat. vide *l. unic. J. de vendit. rer. fiſcal. lib.* 10. *tit.* 4. 25 Privati ſcil. 26 Fiſcus rem communem poteſt vendere, privatus non poteſt. Quid ſi privatus vendiderit, & pretium fiſco per emptorem ſolverit. Idemne hic erit dicendum in fiſco pretium rei communis percipiente, quod ſuperius dictum eſt de fiſco rem communem alienante, ejusque pretium accipiente? non idem eſt. 27 Indiviſa res non tantum ſociis, ſed & extraneo vendi poteſt. vide *l.* 12. *J. de donat. l.* 1. *ſupr. comm. divid.* poteſt & in feudum dari. 2. *Feudor.* 58. §. 2. donari. *d. l.* 12. legari. *l.* 5. §. 1. *ff. de legat.* 1. obligari. *l.* 1. *ſupr. h. t.* merito. Nam quod mihi cum alio commune eſt, quaſi meum eſt. *l.* 46. *ff. de ritu nupt. l.* 5. §. 1. *ff. de legat.* 1. 28 Socius partem ſocii alienare non poteſt: multo minus & ſocii militis partem alienare poterit: ut hæc in milites fieri non poſſunt, ita miles ſocii partem alienatam, pretio quantumvis oblato, retrahere non poteſt. Vel ita? Socius communem rem totam ſi alienaverit, ſocius alter partem ſuam tantum recte vindicabit: at non eam quæ venditoris fuit: etiamſi ſocius miles ſit, & partem ſocii venditam retrahere velit. *Synopſ. h. t. cap.* 76. 29 Prædia ut propria atque tua, quæ communia erant, ignoranti vendidiſti, pars emptori evicta eſt: teneris emptori pro parte, in quod intereſt. 30 Aliud ſi ſciens rem communem emit. vide *l.* 27. *J. de evictionibus.* 31 De evictione, & ita evictionis nomine agitur, licet evictio non ſit promiſſa. vide *l.* 6. *J. de evictionibus.*

32 Seu onere. *l.* 67. *ff. de contrah. empt.* 33 Et de his etiam teſtari. *l.* 17. *J. de adminiſtr. tutor.* 34 Argumentum a venditione permiſſa, ad pignoris conſtitutionem obſerva. Qui poteſt alienare, poteſt pignorare. *l.* 18. *in fin. ff. de pignoratitia. l.* 9. §. 1. *ff. de pignor. & hypoth.* Valetne argumentum a contrario ſenſu, Non poteſt alienare, ergo nec pignorare? non valet. Conditio emphyteuſeos vendi non poteſt, domino non denunciante. *l. ult. J. de jure emphyteut.* pignorari tamen poteſt. *l.* 16. *in fin. ff. de pignerat.* vide Cujac. 5. *Feudor. cap. Imperialem.* 35 Argumentum a privato ad fiſcum, ut quod inter privatos jure liceat, id cum fiſco facere ſit permiſſum.

36 Adde *L.* 18. *D.* 2. *de in diem addictione*, (quo pertinet *l.* 7. *J. h. t.*) & *tit.* 3. *de lege commiſſoria.* quo pertinet *l.* 1. *l.* 3. *J. h. t.* 37 Vide Leonin. *emendat. lib.* 4. *c.* 16. *n.* 1. Anſ. 38 Pactum obſerva, Ut emptor arrhas amittat, ſi pretium intra certum tempus non ſolverit. *l.* 8. *ff. de leg. commiſſor.* 39 Hanc quoque legem repetit Cagnolus. cæterum vide & Coraſium *miſcell. lib.* 3. *c.* 9. Covarruviam *var. reſol. lib.* 1. *c.* 9. & *c.* 15. Rainaldum Corſum *lib.* 2. *indagat. c.* 10. Zoannettum *rerum quotid. c.* 45. Tiraq. *de utroque retractu tit.* 2. Jaſon. *ad l. nemo poteſt. n.* 12. *de leg.* 1. Angel. *conſ.* 199. Crav. *conſ.* 156. rurſus Jaſon. *ad l. ſi ita quis promiſerat.* §. *Seja. n.* 10. *ff. de verb. oblig.* Fab. de Monte *in tract. de empt. & vend. in* 7. *quæſt. princ. n.* 1. Socin. *ad l.* 1. §. *ſed quoties. ad SC. Trebell.* Aret. *ad* §. *præterea. n.* 24. *Inſtit. de Except.* Mod. 40 Paciſci poſſumus, ut res nobis retrovendantur: ſeu ut eodem pretio nobis tranſcribantur. *l.* 12. *ff. de præſcript. verb.* Goth. Vide Donell. *de præſcript. verb. cap.* 2. *n.* 2. Zanger. *de Except. part.* 2. *c.* 2. *num.* 114. Anſ. 41 Retrovenditionis pactum ad heredes extendi poteſt. 42 Indefinita vox ſatis oſtendit, pactum de retrovendendo certo tempore non circumſcribi. 43 *Dict. l.* 12. vide ad hunc locum Forcatulum *Dialog. Necyomant.* 44 Duas actiones dari obſerva ex hoc pacto in continenti appoſito. *l.* 6. *J. de rerum permutat. l.* 9. *J. de donat.* 45 In quod intereſt.